

**Dissertatio inauguralis medica, exhibens dysenteriae malignae cognitionem et curationem / [Heinrich Friedrich Bornkessel].**

**Contributors**

Bornkessel, Heinrich Friedrich.  
Fischer, Johann Andreas, 1667-1729.  
Universität Erfurt.

**Publication/Creation**

Erfurt : Grosch, 1728.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/gzsk7k3k>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA,

EXHIBENS

# DYSENTERIAE MALIGNÆ COGNITIONEM ET CVRATIONEM;

QVAM  
SVB CLEMENTISSIMIS DIVINI NVMINIS AVSPICIIS,  
RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICO  
REVERENDISSIMO ET AMPLISSIMO DOMINO;

## D N. PLACIDO,

REGALIS MONASTERII S. S. APOSTOLORVM PETRI ET PAVLI ORD. S.  
BENEDICTI INTRA ERFORDIAM ABBATE, PRÆPOSITVRÆ ZELLENSIS  
ET IN FRANCKERODA AD VVERRHAM DOMINO, S. FACVLT.  
THEOLOG. ASSESSORE PRIMARIO, ETC.

NCLYTÆ FACVLTATIS MEDICÆ IN PER-ANTIQUA  
HIERANA CONSENSV GRATIOSO,  
SVB PRÆSIDIO

LAVDATISSIMI ORDINIS MEDICI DOMINI DECANI ET SENIORIS  
D N. D. JOH. ANDREÆ FISCHERI,

CONSIL. ET ARCHIATR. ELECT. MOGVNT. PATHOLOG. ATQVE PRAX. PROF.  
PVBL. PRIM. NEC NON MED. PROVINC. DVCAL. ISENAC.

PATRONI AC PROMOTORIS SVI COLENDISSIONI,  
PRO GRADV DOCTORIS

TQVE PRIVILEGIIS ET IMMVNITATIBVS HVIC DIGNITA-  
TI COMPETENTIBVS LEGITIME IMPETRANDIS,

PVBLICE ERVDITIS DISQVIRENDAM SISTIT  
AVTOR ET RESPONDENS

HEINRICVS FRIDER. Bornfessel/ Schlaiza-Variscus,

*Præfecturæ & Civitatis Weidensis Physicus Ordinarius,*  
IN AVDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS, HORIS CONSVENTIS.

D. XI. AVGUSTI, A. O. R. M DCC XXVIII.

ERFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

5



## PROœMIVM.



Gregium sanè imo plane aureum est axioma illud à pristinis rationalis Medicinæ sectatoribus prolatum, & ad nostra usque tempora translatum: *Qui bene cognoscit, bene curat.* Veritatem enim ejus intemeratam demonstrat sana ratio, confirmat, dubiorum victrix, experientia, probatque longus & assiduus usus, cum quotidie videamus illos, qui absque sufficienti pathologica scientiâ & cognitione, ad ægrotantium lectos quasi advolant, atque decumbentibus modo auxiliis, modo consiliis suis succurrere audent, tandem miseros tales homines in aperta mittere pericula & omnis generis adversitatibus cumulare, adeoque non nisi per innumeratas strages praxeos suæ initium, medium & complementum facere; cum ē contra feliciora semper fata experiantur illi Medici, qui quando semel rite cognoverunt, quod futuro Practico illud præprimis curæ cordique esse debeat, quo veras omnium morborum causas cognitas atque perspectas sibi reddat,

reddat, soli postmodum rationali & genuinæ pathologiæ, tanquam unico & firmissimo fundamento, suan superstruunt medendi methodum: Tunc enim scopum optatum tanto melius & citius attingere, suisque ægrotantibus pristinam sanitatem eo facilius comparare & conservare valent.

Dolendum autem non immeritò est, quod, hi non obstantibus, tamen *præjudicia*, in quæ alias plerique propendere mortalium solent, speciatim quoque in fore Medico summa cum cura & attentione colantur, eamque ob causam, in primis circa res minus perspicuas perpetua fere dissidia & quotidianæ contradictiones in scholis Medicorum moveantur & foveantur. Hæc enim sententiarum discordia per singulas ferè Medicinæ partes adeo frequenter occurrit, ut plures, qui cognitione artis hujus saluberrimæ parum imbuti fuerunt, ansam exinde ceperint de certitudine Medicina nostræ in totum dubitandi eamque merè ~~sorbasim~~ au~~conjecturalem~~ pronunciandi, quoniam id insignis qua inter Practicos adhuc hodie viget dissensio quoad methodum medendi, & innumeri inde præcipue pendentes atque in therapia maximè occurrentes sinistri morborum eventus satis abunde arguerent ac demonstrarent. Hinc, licet etiam huic opprobrio jam sæpe sufficienter responderint Medici cordatores, nihilo tamē minus multi adhuc illud in totum & perfectè toll haud posse certissime sibi persuadent, quoniam tot diuersæ & inter se vel maximè discrepantes Medicorum sententiæ de ætiologiis morborum adhuc exactè vident, simulque genius & indoles morborum, maxime

acutorum, nostris temporibus occurrentium, multum  
 s̄æpe ab eo distat, qui olim à Medicinæ scriptoribus  
 observatus & literis consignatus fuit, adeoque tales  
 medicamentis quondam eximiè commendatis minus  
 auscultare solent, quam quidem speratur: Sed, fallunt  
 utique & falluntur, qui talia proferunt & assumunt.  
 Quanquam enim cognitio causarum verarum & in-  
 dolis specificæ istorum miasmatum, in morbis præ-  
 tipuè acutis & malignis, s̄æpè à priori nos fugiat, ipsi-  
 que antecedentium temporum scriptores eâdem pari-  
 ter destituti fuerint; tamen hæc ipsa incertitudo tan-  
 dem à posteriori, per ipsos rerum eventus & circa hos  
 non ab uno, sed multis, non semel, sed s̄æpe, non in  
 unico sed pluribus locis ac regionibus institutis ac in-  
 ter se collatis observationibus, facili negotio maximam  
 partem è medio tolli potest. Patebit hoc vel inico DY-  
 BENTERIAE malignæ exemplo, quippe cuius cura non nisi  
 illis difficilis & intricata videri potest, qui veram &  
 specificam miasmatis in illa occurrentis indolem &  
 primariam ejusdem causam hac ratione & methodo  
 non penitus perscrutati fuerunt; hinc placuit mihi ad  
 praxin Medicam rationalem animum nunc applican-  
 ti, thematis inauguralis loco, atrocem & intricatum  
 huncce affectum feligere, inque illius causas originem  
 & medendi methodum curatius atque attentius, pro  
 virium mearum modulo, inquirere. Cui conatui ut  
 summus Archiater clementer benedicat, est, quod de-  
 votâ mente precor.

# SECTIO PRIOR COGNITIONEM DYSENTERIÆ SVPPEDITAT.

## §. I.

**V**Estigia venerandæ antiquitatis pressurus & consuetudinem hactenus confirmatam identidem observaturus, præsentis affectus tractationem meritò ab Onomatologia exordior, ne, ut GALENV S Lib. III. de simpl. Facult. c. 12. benè annotavit, perturbatus nominum usus rerum quoque perturbet notitiam. DYSENTERIÆ igitur vox, Græcam agnoscens originem, teste modo allegato GALENO Lib. II. M. M. cap. 2. vel à parte affectâ solum, vel, ut ex ejus subsequentibus verbis hariolari licet, à symptomate & parte affecta simul, nomen obtinuit: Formatur enim hoc vocabulum ex particula *δυσ-*, quæ in compositione vocabulorum à principio posita, *imperfectionem*, *difficultatem* aut *malitatem* denotat, juxta SCAPVL. in Lexic. Græc. pag. 411. & SCALIGERVM Commentar. in Aristot. Histor. Animal. Lib. X. cap. 43. pag. 1122. & à substantivo *ἰντερός*, intestinum quibus dein haud inepte adhuc voculam *ῥέων* fluere, superaddit BLANCARDVS in Lexic. Med. p. 116. quasi dicas *difficilem intestinorum fluxum*, aut *difficultatem intestinorum*, quibus tamen genuina hujus affectus indoles admodum imperfæc[t]è exprimitur, quoniam dysenterici semper nimis facile & plerunque prorsus inviti alvinas excretiones deponunt, adeoque minime difficiili alvo laborant, aut difficultatem circa has excretiones experiuntur; id quod propterea tanto magis illorum auctorum sententiam fundatam esse demonstrat, qui per particulam *δύσ-* non proprie *difficultatem*, sed potius *malitiam morbi* denotari recte judicarunt.

## §. II.

Etymologiæ nunc succedit Homonymia, sive ambiguitas vocis, secundum quam, comprobante id ipsum experientia

tia & ipsa Veterum acceptione, modo *latius* & *indefinitus* sumitur, atque tunc pro *omni alvi profluvio* & quidem *incruento*, accipitur, quatenus nimirum illud cum malignitate quadam insolita complicatum est, quale inter alios LAMONIERE in Tr. de Fluxu dysenterico, Observ. 3. descriptis, cui tamen rectius diarrhoeæ titulus competenteret; modo *strictius* *quasvis alvi dejectiones*, easque *cruentas* denotat, confirmante hoc Jul. CÆS. CLAVDINO Consultat. Med. XLII. p. 476. ubi inquit: *Certum est, quemcunque per anum fluxum sanguinolentum (excepto illo, qui ab haemorrhoidibus pendet) ab Hippocrate & Galeno vocari dysenteriam.* Tandem *strictissime* & *propriè*, tamen non nisi excretionem alvinam sanguinolentam indicat, ubi sub insigni dolore & torminibus gravissimis, accidente insimul haud raro, febre satis acuta, excrementa liquidiora & quodammodo purulenta cruentaque, brevibus intervallis ejiciuntur; & hæc est illa etiam species de quæ præsentiarum maxime acturus sum, reliquas interim suis iuctoribus & locis relinquens.

### §. III.

Occurrunt autem proinde etiam hujus vocabuli varijs apud auctores *Synonyma*, quorum brevem adhuc mentionem injicere lubet. Ab antiquioribus & in primis CELIO Lib. IV. c. 15. sub titulo *torminum cum exulceratione*, comprehendebatur; SCALIGER l. c. illam *cruentum alvi profluum*; Cœl. AVRELIANVS *Rheumatismum cum ulceratione & rheumatismum torminalem* vocat. MENJOTIVS in *Dissert. Papal.* P. III. p. 413. illam *fluoris dysenterici* nomine donavit. VALTHERO in *Sylva Med.* pag. 488. è Paracelso audit *morbus disolutus*, WEDELIO vero in *Amœnit. Mat. med.* p. 235. *hypercatharsis cruenta spontanea*, ab aliis denique modo *intestinorum exulcatio*, aut *excoriatio*, modo *cruenta dejectio* aut *diarrhoea cruenta* appellatur. Germani diversimode pariter hæc vocabula exprimunt, nempe die rothe Kühr, das rothe Aus- oder Durchlaufen, die Darm- oder Blut-Kühr, das rothe Wehe, der Blut- und Hof-Gang &c. si vero paucior egeratur sanguis plurimum

mum vero muci acris purulenti & rodentis, tunc vocablo, die weisse Ruhr hunc affectum insignire solent.

#### §. IV.

Habet autem Dysenteria in se spectata varios utique gradus variaque sub larva ordinarie apparet, & modo levioribus, modo etiam gravioribus symptomatibus stipula ordinarie incedit; hinc pro hac diversitate non immixta in varias dispescitur species, & quidem primario in *simplicem & complicatam*, quarum illa, quam propterea etiam benignam vocant, ordinarie neque alium quendam peculiarem morbum, neque admodum gravia & sonica infestata symptomata; haec vero non solum febre acutam, contagiosam & malignam, ab inflammatione, erosione aut exacerbatione intestinorum maxime excitatam, sed & gravissima tormina, insignem tenesimum viriumque summam dejectionem, unacum aliis peregrinis & insolitis accidentibus inducit; hinc ea communiter *maligna* appellatur atque tabo frequentiam, quam ob funestum, quod ipsam plerique comitatur, periculum, majorem sane, præ priori, attentionem meretur, & idcirco quoque in præsenti Dissertatione specialius atque diffusius quoad indolem & genum suum pertractatur. Dein distinguitur etiam hic affectus quoad materiam peccantem, quæ sub eodem excernuntur atque ut plurimum simpliciter *cruenta*, aliquando tantum *mucosa*, *purulenta* & *albicans*, quin imò, interdum, licet rarius, *serosa* aut *biliofa*, aut ex omnibus his composita, adeo que exacte *variegata* apparet, & propterea ad formandas differentias inter *Dysenteriam rubram*, *albam* & *biliofa*, præcipuam occasionem præbet.

#### §. V.

Huc quoque porro referenda est differentia, quæ causis Dysenteriarum desumitur, quarumque intuitu, prout tales vel *privatae*, vel *publicæ* aut *universales* fuerint, affectus iste dein vel *sporadicus*, vel *epidemius*, vel *endemius* esse solet. Piores ex his species, *sporadica* nempe & *epidemia* *Dysenteria* satis frequentes occurrunt, nostrisque in oris utique maxi-

maxime cognitæ sunt, quoniam singulis fere annis tali ratione incolas nostros affligunt; posterior autem, *endemia* nimirum, rarius observatur, & propterea à paucissimis Autoribus describitur, exceptis SYDENHAMO & BORLASSO, quorum ille in *Opp. Med. Sect. IV. cap. 3.* hic vero in *Tr. de Hybernia*, talem Hybernis propriam esse commemorant, quemadmodum etiam VARANDÆVS de *Morb. intestin. cap. 7.* idem de agro Tholosano confirmat. Proinde etiam accidit, ut pro diversa istarum causarum conditione Dysenteria modo *dolorifica* evadat atque gravissima tormina inferat, id quod plerunque & fere ordinarie accidit; vel *indens*, existat nullaque præter frequentes dejectiones, a grise incommoda afferat, qualem in primis observarunt HIPPOCRATES 2. *Epidem. Comm. 6. t. 25.* RHODIVS *Cent. 2. Observ. Med. 88.* BARTHOLINVS apud Bonnetum in *Med. Septentr. oll. Lib. III. Sect. X. cap. 5.* WEDELIUS in *M. N. C. Dec. 1. Ao. I. Obs. 43.* aliquae plures. Tandem distinguenda quoque enit Dysenteria quoad modum affligendi, quippe cuius respectu ea modo *continua* est, ac prout vulgo fieri solet, nullam excretionum servat intermissionem; modo *periodica* evadit, & non nisi certo ac notabili temporis spatio interjecto ægros quasi de novo prehendit, quemadmodum ejusmodi Dysenteriam tertio quovis die periodice ecurrentem descriptam dederunt CORNARIUS *Consil. Med. I. p. 28.* & MORTONVS in *Append. ad Exerc. II. de Febr. Syph. p. 162.*

## §. VI.

Antequam autem nunc ad ipsam affectus nostri historiam me accingo, necesse utique erit, ut ejus quoque *iagnosin*, respectu aliarum similis farinæ excretionum præternaturalium, sistam, ac brevibus ea adducam signa, quæ eram Dysenteriam à reliquis cruentis alvi fluxibus distinguunt, licet eorum inter se disparitas facili admodum negotio dijudicari queat, quoniam in his communiter sanguis modo paucus, modo copiosior, interdum sincerus, interdum etiam serofus ad instar loturæ carnium, absque

ullis fere torminibus, partitis tantum vicibus & minime adeo frequenter, nec destinato quodam anni tempore pridire assolet; in Dysenteria autem, præcipue maligna, primum semper sanguinis cum variæ consistentia excremeretis, maxime mucosis, remixti, sub gravissimis ordinari torminibus & conjuncta febre acuta, excernitur, eaque ipsa plerunque certo magis anni tempore, nempe ineuntem præcipue autumno, juxta HIPPOCR. aph. 22. S. 3. grassari & latius insimul evagari observatur. Hinc differt I. à fluxu sic dicto Hepatico, qui promiscue & omni tempore occurrit, febre nullam conjunctam habet & excrementa prorsus liquida, instar loturæ carnis rubentia exhibet, atque insimul si uno arteriove die reprimatur, tamen postmodum de novo, sine doloris in sede sensu, sponte redit, notante FROMMANNO in Tr. de Hæmorrhoid. quæ tamen omnia nunquam sub Dysenteria observantur. II. Differt etiam à fluxu cæliaco & Licenterio, quoniam sub his cibi tantum modo semi-digesti, sub colore cineritio vel albicante, modo plane indigesti, nullamque prorsus alterationem perpepsi, rejiciuntur, secus ac in Dysenteria, ubi perfecta excrementa, maxime mucosa & sanguine tincta, sub perpetua tenesmodea alvi constrictio ne exprimuntur. Porro differt quoque III. à fluxu hæmorrhoidalii difficulter erumpente & non nisi sub gravissimi torminibus succedente, quippe qui tantam sæpe, ratione symptomatum suorum principaliorum, cum Dysenteria exhibet analogiam, ut à multis ejusmodi ægrotantes pro perfecte dysentericis habeantur & tractentur juxta observationem VILLANOVANI in Breviar. Practicæ Lib. II. cap. 20 cum tamen facillime ex sanguine pure, seorsim & citrumpmixtionem cum fecibus, quæ tunc etiam naturaliter suam exhibent consistentiam, in paulo majori quantitat prodeunte, nec non ex concursu signorum fluxum istum imminentem indigitantium, æstu nimirum circa spinam dorsi, ani pruritu, dolore tensivo lumborum, aliisque appareat tutoque concludere liceat, non dysentericum, sed hæmorrhoidalem tunc adesse fluxum. Tandem etiam IV. distin-

distinguenda est hæc nostra Dysenteria à *spuria* illa *Scorbutorum*, quæ præprimis in Pomerania vicinisque locis, notante GERDESIO in *Diss. de Dysenteria Cap. VIII. §. 3.* admodum frequenter observatur, atque partim ex præcedentibus & concurrentibus Scorbuti combinati signis, partim etiam ex ipsa excretione sanguinis fæcibus non permixti, quæ ut plurimum absque torminibus, cum levi tantum dolore gravativo fieri solet, dignoscitur.

## §. VII.

His ergo missis proprius nunc ad formandam gravissimi hujus affectus *Historiam* me accingo, ut ex specialioribus in ea suppeditandis signis diagnosticis tanto facilius genuina ejusdem indoles agnosci queat. *Imminentem* igitur & brevi successuram *Dysenteriam* annunciant præcipuæ frequentes sed satis adhuc leves horripilationes, cum ventris & intestinorum doloribus, lancinationibus, molestisque borborygmis stipatae, quibus dein succedunt somni defecus & agrypnia, appetitus dejectio, insueta præcordiorum angustia, atque fitis & calor præternaturalis; tandem ingruit *diarrhoea*, leviter torminosa, quæ sub his circumstantiis juxta HIPPOCRATEM *Sect. VII. Aphor. 75.* plerunque prodromus instantis iam jam Dysenteriae est, quæ ipsa etiam dein per frequentissimas dejectiones, sub gravissimis intestinalibus doloribus & cruciatibus ac molestissimo viscerum omnium quasi descensu, contingentes, se actu *presentem* esse demonstrat. Excrementa autem sub hoc affectu prodeuntia variant utique secundum diversa ejusdem temporis, diversosque gradus, dum ab initio adhuc flava & albicantia, ad instar illorum, quæ in aliis diarrhoeis dejiciuntur, apparent; dehinc redduntur spumosa, mucosa atque pinguis, tandemque tinguntur ab intermixto sanguine modo copiosiori, modo parciori, &, si morbus ultro ingravescat & deterioretur, fiunt purulentæ ac putrilaginoæ, quin imo ramentorum membranaceorum speciem referunt, eoque ipso morbum nunc ad eventum plane funeratum inclinare ostendunt, quemadmodum etiam ex eorumdem

rundem diversa textura aliaque externa conditione itidem manifestum evadit, an à pituitosis, biliosis, serosis, aliovitio inquinatis humoribus morbus iste productus sit, d. quibus plura habet HERLICIVS in Tr. de fluore dysenter p. 428.

## §. VIII.

Præter hactenus recensita accidentia complicatur et iam ordinarie cum nostro affectu febris plus minusve acuta, quin imo, interdum etiam exanthematica, præcipue petechialis, unacum summa ac totali fere virium prostratione; lingua & fauces obducuntur viscidâ & subalbida quadam mucilagine, quæ tunc, quando intensius æstuat corpus, nigram plane induit faciem & ad aphthodeam accedit indolem, insimulque partes istas totas aridas reddit ægri sub his circumstantiis magis magisque anxii fiunt, vehementer sitiunt & ob continui doloris tormenta noctes diesque insomnes agunt. Excretiones etiam sub ulteriori morbi progressu tandem fiunt totæ sanguinolentæ, ita ut sanguis sincerus admodumque copiosus tunc dejiciatur, id quod corrosionem quandam circa majora aliquo intestinorum & mesenterii vascula factam denotat, atque ideo sumnum vitæ periculum impendere haud obscure indicat, quod tanto certius citiusque pertimescendum est si insuper intestina non solum inflammatione graviori, sed &, quæ hanc ut plurimum excipit, actuali gangræna afficiantur: tunc enim immanes hactenus perpessi cruciatus derepente cessant, excrementa citra sensum majorique cum foetore dejiciuntur, pulsus debilis ac tremulus redditur, faucesque undiquaque aphthis obsidentur, quale quid etiam tunc maxime accidit, quando adstringentibus intempestive adhibitis suppressa fuit Dysenteria. Proinde etiam intestinum rectum successu temporis admodum moleste afficitur, ita ut ægri gravissimo insuper ac fere continuo discrucientur tenesmo, hujusque intuitu ad creberimas, licet plerunque vanas & vacuas, necessitentur dejectiones, & hoc in primis omnium molestissimum constituit

uit symptoma, quoniam in quamplurimis ægrotantibus tanta tamque insolens est ista spasmodica constrictio, ut intra <sup>νυχτήμερον</sup> centies, imo pluries, sub intensissimo dolore, deponere cogantur, subsequentे tandem modo leviori, modo graviori alvi procidentia, quam interdum vomitus, & aliquando singultus comitantur, qui ultimi ordinarie succendentium eosque proxime excipientium convulsionum prodromi sunt, quibus tandem tristissima hæc scena lethali sub exitu clauditur.

## §. IX.

Quo autem affectus hujus admodum ardui cura tanto nelius succedat omniaque in eadem occurrentia impedita eo facilius removeantur, necesse utique erit, ut specialiora quoque signa diagnostica ratione *partis affectæ* simul in subsidium vocentur & in ea exacte inquiratur. Cum enim ventriculus unacum toto intestinorum canali, principale Dysenteriæ subjectum constituant, ita tamen, ut non uno eodemque tempore totus illorum tractus afficiatur, sed interdum magis *tenuia*, & aliquando *craffa* magis patiantur; hinc utique refert signa & symptomata illa, ecensere, quæ vel priora vel posteriora magis afficta esse rguunt. *Tenuia* ergo intestina magis sub hoc morbo labore evincitur præcipue 1) ex loco & modo dolorum, quoniam unc ægrotantes maxime circa umbilicum & in regione epigastrica, dolores acutissimos scindentes, spasticos & unctrios percipiunt, ut cultris quasi discindi & aciculis indiquaque compungi intestina illa asserant; 2) Ex dejectionum hos dolores excipientium progressu, quippe quæ tardius semper post perpeuum ejusmodi dolorum insultum rodeunt; 3) Ex ipsorum excrementorum conditione, quæ unc ordinarie ob moram diurniorem, magis fœtidæ, non nihil chylosæ, ramentis tenuioribus interspersæ & cum anguine intimius commixtae sunt; 4) Ex supervenientibus & plerunque cum euphoria succendentibus spontaneis omitibus, qui tanto certius simul occurrunt, quo magis intestinum jejunum atque duodenum, tanquam ventriculo

propiora, afficiuntur; & 5) ex remediorum *anotericorum*  
atque leniter *laxantium* salutari usu, quippe quæ tunc semi-  
per magis proficere asserit M E N J O T I V S *Tr. de fluore dysent.*  
*p. 430.* quam si in inferioribus intestinis potissimum sce-  
niam suam ludit atrox iste affectus.

## §. X.

*Crassa* autem *intestina* magis ægrotare in primis nobis  
persuadent i) *Dolores* paulo obtusiores ac remissiores infra  
& juxta stomachum atque utrinque circa hypochondria  
maxime sinistrum, secundum coli ductum sese exerentes  
2) *Dejectiones*, ob materiam quasi præ foribus locataam, mi-  
noribus ac brevioribus intervallis dolorum paroxysmo  
subsequentes, nec adeo graveam & adversum odorem, sal-  
vis reliquis, spirantes, atque insuper sanguine tantum un-  
diquaque circumfusæ, citra perfectam ejusdem commix-  
tionem; 3) *Modus excretionis*, quoniam mucus & sanguis  
separatim semper, & quidem vel brevi ante, vel statim  
post ordinariorum excrementorum dejectionem expel-  
luntur; 4) Continua & molestissima illa *vellicatio, irritatio ac*  
*tenesmodæ pressura* in dejiciendis fecibus alvinis, quæ inte-  
stini recti præcipue tunicam interiorem nimium relaxat  
ac sæpiissime perfectam ani procidentiam causatur; tan-  
dem 5) *Clysterum* præpollentia ratione effectus, præ aliis la-  
xantibus & abstergentibus internis, juxta observationem  
ante citati M E N J O T I I pag. 176.

## §. XI.

His ita quoad *Historiam* molestissimi hujus affectus præ-  
missis, postulat nunc instituti nostri ratio, ut *Aetiologyam*  
quoque ejusdem subnectamus ac *causas* præcipue ad ipsum  
excitandum contribuentes breviter enumeremus: Harum  
enim dignotio atque evolutio non solum Medicum ratio-  
nalem ab Empirico egregie distinguit, sed & quam maxi-  
me ad bene, seu citò, tutò ac jucunde medendum neces-  
saria est, eaque propter tanto magis allaborandum erit, ut  
in harum genuinam, quantum licebit cognitionem perve-  
niamus. Causam igitur *mediatam & materialem*, eamque  
prima-

primariam constituit in Dysenteria fermentum quoddam peculiare & specificum, admodum subtile, orgasticum & haliuosum, modo ex aere corpora nostra ambiente athmosphærico, modo ex corporibus tali malo jam jam infectis, per contagium, massæ humorum nostrorum communicatum; secundariam autem seu concurrentem sicut sunt modo allegati humores corporis nostri, & ex his speciatim *Bilis*, per causas externas non solum commota, sed & cum peregrinatio isto miasmate infecta, ad fermentationem extraordinariam disposita, sicque acrior reddita, quæ, dum intra intestinorum canalem postmodum detruditur, fibras eorum levem-nervosas gravissime irritando carnosas erodiendo, non solum intensissimos illos dolores spastico-tenesmodeos, sed & subsequentे hac ratione crebriore ipsorum compressione, frequentiores istas dejectiones mucido-serosas præcipue causatur. Hinc, licet à priori specifica hujus fermenti indoles & qualitas nondum detecta sit, nec etiam, uti quem videtur, unquam perfecte demonstrari queat, tamen à posteriori satis exacte liquet, quod illud, si bili excrementiæ jungatur, naturam purgantium drasticorum induat, & acrimoniam hostilem intestinis maxime inimicam assumat, aque simili fere modo vellicet & stimulet, quo alias in Hypercatharsi illa irritantur & afficiuntur. Inde etiam una ratio apparet, cur subjecta cholERICA & bile abundancia præ reliquis semper gravius in Dysenteria affligantur, quoniam humor iste semper miasmati illi specifico majorem acrimoniam conciliat, illudque confermentando in toxia sua activitate exaltat, ut qualitatem quasi corrosivam induat, atque sic intestinorum tunicam nervosam tanto molestius vellicare queat, id quod præcipue experientia Anatomica confirmat, quoniam *BONNETVS* in *Sepulchret.*  
 3. S. II. p. 835. *BONTIVS*, aliique seduli cadaverum riunatores, lerunque in demortuis ex Dysenteria, bilem vitiatam, pieam, æruginosam cum intestinorum purulentis tuberculis, nigredine & sphacelo deprehendarunt, confer. *DOLÆVS* c. p. 429. *M. N. C. A. III. Obs. II<sup>b</sup>.*

## §. XII.

Est autem miasma illud communiter summæ subtilitatis, adeo ut non solum humoribus biliosis, sed & plerique toti M. Seæ se se insinuet, undiquaque se diffundat ejusque crasin fermentativa sua acrimonia in totum fermentat; hinc principium corporis nostri vitale imminentि ejusmodi insigniori periculo haud aliter, quam per motus febriles resolutorios & depuratorios occurere potest, quæ dein tanto magis intenduntur & augentur, quam magis illud miasma malignum ad inducendam corrupti nem fermentativam primum atque dispositum esse observatur, quod in primis in maligna, contagiosa & epidemica Dysenteria accedit, quam propterea semper febris plus minusve acuta comitari solet, qua mediante Natura sanguinem ab inhæfcente illo subtili & acriori fermento liberare, idque dein maxime ad intestinorum canalem detrudere allaborat, ut ex eo postmodum cum aliis impuritatibus ibidem latitantibus dejiciatur; & hanc ob causam etiam à SYDENHAMO Dysenteria talis maligna communiter Febris ad intestinā conversa dicta fuit, quoniam materi peccantis præcipua excretio, quæ in aliis febribus maxim per peripheriam corporis instituitur, in hac plerunque e intestinis succedere solet.

## §. XIII.

Exinde igitur nunc elucefecit, quod partem primario affectam sub hoc morbo utique semper constituant intestina, tantu[m] tenuia quam crassa, minime vero, juxta sententiam WIL[LIAM] LISII in Tr. de febribus cap. 10. sola Massa sanguinea, in qua illæ ex recepto antea ibidem miasmate maligno orgasmum quendam febrilem oriri, indeque præcipitationem particularum acriorum fieri autumat, quibus dein ad intestinum vectis suboriretur illorum erosio cum fluxu dysenterico. Hoc enim assertum sequentes in primis circumstantiæ, al experientia maxime desumptæ, refellunt, quoniam nimis rur 1) non omnis Dysenteria est maligna & cum febre conjuncta, sed sapientius etiam benigna, citra ejusmodi miasmatis

natis concursum, ab ingestis saltem vel quantitate, vel qualitate peccantibus oborta, occurrit; 2) præter intestina nulla alia viscera interna arroduntur & lacerantur, cum amen in illis febribus, ubi M. S. *primario* ab ejusmodi inias-nate afficitur, indiscretim omnes tam externæ quam internæ partes simul affligantur, testimonio variolarum fermentum suum ulcerosum ad omnia viscera dissipantium; quia ut plurimum Diarrhœa, sine ullo adhuc orgasmō, Dysenteriam præcedit ejusque prodromus existit, febris utem, quæ jam tum adesse deberet, dysenteriam non nisi bortam & perfecte præsentem comitantur, quæ omnia acutenter nunc demonstrant, quod fermentum istud peregrinum acre, *primo* non nisi intestina adoriantur, & deinceps circulando aliqua ejusdem portio simul ad M. S. deratur eaque *secundario* afficiatur, atque ita febris Dysenteriæ malignæ semper juncta producatur.

## §. XIV.

Quod causam proximam & immediate sub hoc morbo effectum influente attinet, hanc partim motus interiorum peristalticus ob vehementiores illas vellicaciones & arrosiones tunicæ nervosæ nimium auctus, partim iam orgastica sanguinis fermento contagioso inquinatus bullitus constituit, unde hanc dein ordinarie febris acutum vero spasmodica intestinorum constrictio atque contractio excipit, quæ non solum frequentiores illas dejectiones, sed & conjunctos cum iisdem & successive recurrentes dolores intensissimos strictorios & tenesmodeos oducit, sub quibus, dum intestina ita immodice velluntur & constringuntur, primo liquida albicantia plus minusve mucilaginosa in copiosissimis intestinorum glandulis hæstenus collecta & successive ad eas translata; dein, nimium denudata & arrosa vasorum sanguiferorum intestinorum canalem hiantum orificia, mucus tenuis, amescens, sanguine plus minusve tinctus atque permixtus; porro, accedente erosione & superficiali exulceratione intestinorum, materia purulenta, saniosa, plerunque

C

albi-

albicans, *Dysenteriam* ita dictam *albam* constituens, tandem que cum hac, vel particulæ tunicae intestinorum villosæ cù nimiam acrimoniam abrasæ, quas **HIPPOTRATES** l. *Præf.* 23. ramenta intestinorum vocat, vel glandulæ ipsæ intestinales tumefactæ sub morbi progressu à substantia intestinorum separatae, moleculas carnosas vel frustula canium referentes, ab eodem Auctore *Sect. IV. Aphor.* 26. carunculæ nuncupatae, protruduntur, quibus omnibus tandem non solum inflammationes admodum graves, sed haud raro, ob deficientem necessariam intestinorum arosorum mundificationem, ipsa Gangrena & Sphacelæ nulla arte medicabilis superveniunt, fatalemque hanc tragediam demum lethali exitu claudunt.

## §. XV.

*Causæ remotæ, occasioñales* seu procatacticæ, communicationi fermenti istius peregrini & exagitationi acrimoniæ corrosivæ in humoribus præcipue litantes, variæ ut que sunt ex *rebus tam naturalibus*, quam *non-naturalibus*, im etiam *præternaturalibus* deponendæ : Ad *naturales* enī spectant temperamentum præcipue cholericum & sanguineum, constitutio corporis admodum debilis, ætas puerilis & sexus sequior, ob præsentem sub his viscerum atque nervorum majorem tencitudinem, nec non ipsa disposicio hereditaria & consanguinitas, de qua notabile exemplum recenset **LAMONIERE** in *Tr. de fluxu dysenterico* pag. 21. confer. **DOLÆVS** de *Dysenter.* cum lacte materno infantulo communicata. *Encyclop. Med. Dogmat.* l. 3. c. 5. p. 49. Ex *præternaturalibus* multum huc contribuit *Aer*, cuius in æqualis constitutio uti semper sanitati quam maxime ob est, ita in primis admodum frequens *Dysenteriæ* causa existendum fermentum istud specificum in corporibus dispositis partim excitat, partim etiam aliis per contagium tandem mediatum quam immediatum communicat, ita ut propter ea illud non in sola semper indole fructuum horæorum eorumque nimia comedione inquirendum sit, quoniam per experientiam constat, quod *Dysenteriæ* gravissimæ sive

ius etiam tunc oboriantur & epidemice grassentur, quanto fructus tales prorsus defecerunt; hinc subitæ & maxime sensibiles aeris mutationes v. g. frigoris cum intensio-  
e æstu commutatio & subitaneus ex arido æstu in tragi-  
lam humidamque constitutionem prolapsus prima quasi  
undamenta hujus morbi in corporibus nostris ponunt,  
estante hoc *BALLONIO* in *Consil. Med. Lib. II. Consil. 23.* & con-  
trariantibus omnibus ingenuis de hoc morbo debellando  
ollicitis Practicis, quibus per experientiam abunde jam  
am constat, quod in fine æstatis & autumni initio caput  
imprimis magis attollere soleat atrox iste affectus, licet ille  
e reliquo interdum etiam, sed rarius, in primo etiam  
ere, si nempe intemperatori hyemis frigori derepente  
alidior aura vernalis superveniat, observetur, notantibus  
oc *Celeb. BOHNIO* in *Colleg. suo Therapeut.* & *SYDENHA-*  
*TO* in *Opp. Sect. IV. cap. 3.* quibuscum etiam conferri me-  
tentur *HIPPOCRATES* *Sect. III. aphor. II. 12.* & *22.* item *Lib.*  
*Epidem. comm. 2. t. 1.* & *CELSVS* *Lib. II. cap. 1.* Proinde et-  
iam aer causam occasionalem Dysenteriæ suppeditat reci-  
iendo & communicando miasma *duodenepikodes* sive fermentum  
atque acre, quippe cuius vehiculum quasi pro-  
rium ille ordinarie constituit, maxime in Dysenteriis epi-  
emicis, ubi istiusmodi fermenta ex dysentericorum ex-  
rementis, fructibus immaturis putrescentibus, ex castris,  
bi cadavera animalium raro debite humantur, variisque  
ocis cœnōsis ac paludosis, aeri communicantur & cum  
oc per inspirationem simul intra corpus admittuntur, sic  
ue sanguinem ac reliquos humores successive notabili-  
be deturpant. vid. *FOREST. l. 22. Obs. 38.*

## §. XVI.

Non minoris etiam activitatis in excitando pernicio-  
ssimo hoc malo sunt *alimenta* & *potulenta*, & quidem 1)  
lia quæ vel in *fermento* adhuc constituta, vel facile *fermen-*  
*scibilia* sunt, videlicet, *Cerevisia*, *Mustum* & *Vinum* recen-  
a ac minus rite defæcata, it. *dulce* & *austerum* *vinum*,  
minis generis fructus immaturi, velut crudiores, acredinem

& mordacitatem inferentes, maxime horarii, quorum generalem denominationem, Obst, HERLICIVS propterea cum Latino *Obest*, quasi *obest & nocet ventriculo*, exacte convenire autumat; licet in horum abusum non semper Dysenteria epidemicæ causa rejicienda sit, quoniam per experientiam constat, ipseque in primis FEDERERV<sup>S</sup> in *Consil.* *Dysent.* pag. II. confirmat, quod pueri, imo lactentes infantes multique illorum, qui à fructibus his plane abstinuerunt, sive numero etiam citius, antequam ii maturerent, morbo hoc correpti fuerint; 2.) ad hanc classem etiam referenda sunt facile *corruptibilia*, v. g. iidem fructus maturi in nimia quantitate comesti, ut & cucumeres, olera noxicore infecta vid. M. N. C. A. 3. obs. 88. it. carnes putrescentes, ex quarum esu maxime illos, qui in Indiam Orientalem navigant, dysentericos fieri refert HEVRNIVS, citante BURNETTO in *Thes. Med. Pract.* p. 395. item fungi diversi nec non pisces semiputridi & verminosi, gravitate anno næ comesti, ostreæ & pisces marini præter consuetudinem aut modum assumti, juxta BINNINGERV<sup>M</sup> Cent. IV. obs. 84. Porro his accensenda sunt 3.) cruda aut etiam cum peregrinis principiis *inquinata potulenta*, v. g. Aquæ valde cruda aut minerali aliquo infectæ inque potu ordinario usurpatæ, maxime autem stagnantes & per plumbeos canales fluentes juxta observationem HILDANI de *Dysenter.* pag. 670 quem, licet quoad hoc punctum exacte refutaverint HOECHSTERERV<sup>S</sup> in *Observ. Med. Dec.* IV. Cas. I. & CAMERARIUS in *Memorabil. Med.* cap. IX. partic. 70. & 71. tamen sufficienter tuetur LINDANVS in *Colleg. MSCto super Hartm. Prax. Chymiatr.* cap. de *Dysent.* Similem noxam etiam exerunt Acidula excessive assumtæ, notantibus id SEBIZIO in der Widerlegung derer Missbräuche bei den Sauer-Brunnen, pag. 23. & DOLÆO *Encyclop. Med. Lib.* III. pag. 440. nec non Aqua ex nive liquata atque copiosius hausta referente BARTHO-LINO *Tr. de Nive* pag. 144. item acetum in plumbeo vase asservatum, juxta HILDANVM l. c. pag. 669. Uno verbo: Vietus incongruus, maxime militum in castris degentium, de quo

quo recte asserit SENNERTVS, quod nulla fere in Hungaria suscepta fuerit expeditio, qua non ex insveta & incauta vicitus ratione plures ferme dysenteria, quam ferro, perierint. Confer. etiam COBERI Observ. castrenses Dec. II. obs. 10. Tandem etiam his accensenda sunt 4.) venenata & ex mala ueris ac tempestatis constitutione depravata præcipue autem à rubigine aliisque noxii roris speciebus infecta, aut excrementis animalium venenatorum conspurcata, aut quoconque alio miasmate venenosō imprægnata, de quibus innumeræ excitatarum indeque ortarum Dysenteriarum apud observatores prostant historiæ.

### §. XVI.

Alimentis & potulentis subjungenda etiam sunt *Medicamenta*, præcipue *purgantia* sinistre usurpata, quæ itidem ad classem causarum occasionalium referri merentur, quoniam tunc maxime, quando vel male præparata, vel in maiori dosi potriguntur, non solum intestinorum texturam ed & sanguinis crasim insigniter laddunt atque offendunt, sicque tandem in dispositis facile Dysenteriam producunt, estantibus id ipsum FORESTO Lib. XXII. Obs. 32. in Schol. HORSTIO Lib. IV. Obs. 18. aliisque. Huc quoque pertinent *Clysteres*, quorum non solum materia, si cum nimio impetu infundantur, juxta observationem MERCVRIALIS *de affect. infim. vent.* Lib. III. cap. 28. sed & instrumenta interdum hunc effectum excitare possunt, si cannula v. g. post applicatiem Clysteris in dysenterico non bene abluatur, & postmodum indiscretim subjectis sanis adhibeat, id quod nobili exemplo confirmat HELIDÆVS PADVANVS in Observ. p. 104.

### §. XVII.

Quod ad reliquas res *Non-naturales* attinet, quales sunt somnus & quies, somnus & vigiliae, graviora animi pathemata, hæc mania & singula, si potissimum aere æstivo justo frequens occurrit, insignem vim genus nervosum præter-

naturaliter commovendi, exerunt, atque grassante jamjan dysenteria maligna, portam quasi fermento isti subtilior aperiunt ejusque activitatem noxiam in humores corporis humani summopere facilitant, eoque ipso tandem perfectam Dysenteriam inducere valent. Nec omittenda etiam sunt *Excreta & Retenta*, quæ, prout ad omnes fere morbos sic & ad Dysenteriam excitandam multum contribuunt, ita ut ea modo à mensibus & hemorrhoidibus suppres sis, juxta relationem ZACVTI LVSITANI Prax. admir. Lib II. Obs. 19. modo etiam à scybalis induratis, notante ho HILDANO Observ. Chir. Lib. I. originem sumserit. Quanta denique sit *consuetudinis & imaginationis* efficacia in causando tali affectu, per analogiam quandam demonstrari potest, exemplo fœminæ, cuius mentionem facit BARTHOLINVS in Histor. rar. Anatom. Cent. V. Obs. 64. quæ purgatur medicamentum ancillæ propinavit, eamque attentius intuita est, sicque toties, quoties ancilla, purgavit.

### §. XVIII.

Supersunt adhuc res præternaturales scilicet morte degenerantes facile in dysenteriam, nempe lienteria, passio cœliaca, diarrhœa, nec non vermes diversæ speciei & figuræ, febres variæ malignæ, pleuritides, vulnera & artuum amputationes, quas dysenteriam aliquando produxisse prohibent quam plurimi autores, licet incertum adhuc sit, at tales affectus proprie dysenteriam reverâ produixerint producantve, vel an non potius ipsam ab aliis causis exactam tantummodo foveant, sicque rectius ad morbos quos dysenteriaz interdum conjungi vel supervenire observamus, referri debeant. Singulare est, quod de dysenteria ab annulo aureo per jocum devorato, & à tribus adamantibus impolitis malo dolo deglutitis, excitata, AETIV Tetrabil. III. Serm. I. c. 46. & ZAC. LVSITAN. Prax. admir. II. observ. 16. annotant. De reliquo ex haec tenus suppeditatis signis atque enumeratis causis nunc exacte liquet, quo Dysenteria maligna sit species Diarrhœæ quam maxime terminosa crues.

eruentæ, purulentæ, cum intestinorum exulceratione, atque febre plus minus acuta, contagiosa atque maligna conjunctæ, qua natura fermentum quoddam peregrinum acre, erodens, modo per contagium corpori communicatum, modo in eodem ex assuntis generatum, per intestina præcipue expellere nititur.

### §. XIX.

*Prognosis* denique, licet ea juxt.<sup>1</sup> Hipp. l. 3. de Diæt. S. 19. ext. 17. & l. de Affection. S. 24. text. 12. ubi morbus magnus, periculosus, longus, laboriosus & lethalis dicitur, sit pessima, ideoque signa salutis & mortis, modi eventus atque durationis admodum dubia deprehendantur; attamen in hoc negotio attendere juvabit 1) ad *ad partem affectam*, cuius intuitu equidem, cum illa hic admodum nobilis & sensibilis sit, nulla Dysenteria periculo vacat, majus tamen semper periculum imminet, si tenuia quam ubi crassa intestina laborant, partim ob gravius, quod tunc ordinarie accedit, dolorum & tormentum augmentum, partim etiam ob ventriculi connexionem, cuius intuitu ille tanto facilius in consummum trahitur, ut vomitus, inappetentia ciborum, ructus, engultus & id genus alia graviora symptomata subsequantur. Quodsi ē contra crassa pariter ac tenuia intestina simul affligantur, adhuc majus erit periculum, ita ut un<sup>c</sup>, referente LAMONIERE l. c. nullus fere ægrotantium servari queat. Dein 2.) desumenda etiam sunt signa ista

*Causis* antecedentibus & concurrentibus; Dysenteria enim ab humoribus, bile potissimum, nimium corruptis & insignem acrimoniam corrosivam nactis, quam HIPPO-RATES Sect. IV. Aphor. 22. & GALENVS Lib. de atra bile .704. ab atra bile deducunt, atque propterea cancro exulcerato similem esse asserit ORIBASIVS Tom. I. Lib. IX. c. 14. desperatissima ac fere semper funesta est. Nec minoris periculi est, quæ cum aliis morbis gravioribus, Pleuritide, febribus exanthematicis, Phthisi, Vulneribus, &c. complatur, ut &, quæ ex humoribus virulentis ac putridis, aut emniciose medicamentis, vel contagio quodam maligno &

& statu aeris epidemio ortum traxit; levior autem, quæ in defectu horum benigniorem agnoscit causam.

### §. XX.

Porro etiam attendenda sunt in prognosi *accidentia atque symptomata* sub Dysenteria præcipue occurrentia; sic in longis Dysenteriis cibi fastidium & febrem mala esse pronunciat **HIPPONCRATES Sect. VI. Aphor. 3.** qui quoque caruncularum dejectionem lethalem esse declarat **Sect. IV. Aphor. 26.** Pari ratione excrementa sincera, porracea, nigra graveolentia & varia, larga puri sanguinis effusio, vigilia immodicæ, aphthæ, sitis nimia, inflammatio hepatis, singultus, convulsiones, repentina & simultanea dolorum cessatio, vomitus biliosi cum subsequentे singultu, lienteria, deliria, aut febres malignæ concurrentes, periculosissimam semper vel plane lethalem prænunciant dysenteriam; è contra si spleneticis, hypochondriacis imo podagrīcīs superveniat monente **HIPP. Aphor. 48. S. 6.** benignoris plerunque eventus esse observatur.

### §. XXI.

Tandem respicienda etiam est *conditio virium & ægrotantis constitutio*: Senes enim & pueri hoc morbo correpti sèpius pereunt, gravidae inde plerunque abortiunt, nisi partui vicinæ stato tempore pariant, ubi illas non raro ab hoc morbo liberari docent **HIPPONCRATES Lib. VII. Epidem. S. 49. t. 10. BALLONIVS Lib. I. Conf. 17.** aliquique; sic etiam malum est, si ab aliis morbis prægressis vires ægrotantium nimium fractæ fuerint, aut Dysenteria justo diutius duraverit: Solet enim ea, licet alias ad affectus acutos magis pertineat, interdum, deficiente sc. febre maligna, etiam satis chronica fieri, ita ut, non solum ad aliquot septimanias, sed ad plures etiam menses, imo annos in quibusdam subjectis duraverit, quemadmodum inter alios Dysenteriam trium mensium in juvēne Polono observavit **RHOIVS Cent. II. Obs. Med. 87.** quatuor menses durantem

gra-

ravissimam descriptit HILDANVS in Obs. Chirurg. Cent. III.  
 b. 47. sex mensium dysenteriam FORESTVS Lib. XXII.  
 b. 35. & septem mensium CLAVDINVS in Consult. pag. 426  
 dducunt, quin prostant exempla biennis in milite quo-  
 am à Celeb. HANNÆO curatae in M.N. C. Dec. II. Ao. VII.  
 b. 154. triennis in muliere apud SYDENHAMVM de Dy-  
 nt. Londin. Sect. IV. cap. 3. imo decennis apud BALLOONIVM  
 ib. I. Consilior. pag. 258. quæ omnes fere & singulæ, quo-  
 iutius durarunt, eo periculosiores etiam, ob ingentem  
 irium prostrationem in subjectis ita afflictis evaserunt.

## §. XXII.

Quod Therapiam molestissimi hujus affectus concernit,  
 ea ante omnia Febris major ratio habenda est, quam inte-  
 inorum & lœsæ excretionis alvinae, quoniam illa majus sem-  
 per periculum involvit, ob imminentem graviorem hu-  
 orum corruptionem, præcipue in iis, qui à nudo conta-  
 o malum hoc contraxerunt; idcirco convenit tunc ad  
 quentes præcipue indicationes probe attendere: I. Ut  
 ateria crassior corrupta ipsumque fermentum corrumpens, ex pri-  
 is viis quantocuyus removeatur; II. Ut sanguinis orgastica commo-  
 p temperetur & miasma fermentativum ipsi communicatum eva-  
 retur; III. Ut nimia & accelerata alvina excretio, prævia sympto-  
 atum mitigatione, leniatur & debite cohabeatur, ac tandem IV.  
 artes hactenus affectæ roborentur & tonus ipsarum restituatur.

## §. XXIII.

Prima indicatio non nisi tunc locum habere potest,  
 quando febris vel nulla, vel saltem levior adest, ipsaque  
 dysenteria adhuc in primis tantum suis initiosis constituta  
 est: Sub his enim circumstantiis, si nulla adhuc adsit di-  
 ositio ad aliqualem inflammationem, si æger adhuc va-  
 lus & ventriculus cruditatibus multis repletus sit, quod  
 cæstus frequentes, pressiones circa præcordia insignes &  
 mia oris amarities facile manifestabunt, licet utique sta-  
 m lene quoddam emeticum, vel ex Proemet. Myns. ad  
 . iiiij. cuin Se digestivo remiscendo, vel ex Rad. Ipecac-  
 uanh. 3j. cum grano uno alterove Proemet. acuatæ, para-  
 m propinare; de quo in principio adhibito Cl. D. D.

**A**LBR ECH T in notis ad Chirurg. Bontekoe pag. 814. asseverat, e solo dysenteriam curabilem existere, eanique methodum Sydenham. in principio febrium petechialium commendauit atque hac ratione concurrentes diarrhoeas funestas praecipue afferit Tract. de Febr.; in debilioribus autem subjectis consultius est hujus in locum lene aliquod laxans rhabararium, cum pauca quantitate  $\text{Q}\text{i}$  remixtum, vel una alteramve dosin pilularum balsamicarum modeste laxantium exhibere, &, si malum sit a contagio aut febris jaundice nimium urgeat, praefstat ab omnibus his in totum abstinere, ne forsitan fermentum malignum in nimia copiæ versus intestina derivetur; ea enim nec ab ulcere, nec a inflammatione, nec a turbata sanguinis mixtione indicantur, sudoriferis & alexipharmacis tunc ex asse satisfacientibus; de cætero clysteribus abstergentibus suus usus suaquam inaneat commendatio. vid. SYLV. l. I. Prax. c. 13. §. 51. BABELLI. Prax. l. 4. c. 4.

#### §. XXIV.

*Secundam indicationem* commodissime obtinemus per temperantia, teneriora absorbentia, præcipitantia & moderata diapnoico alexipharmacæ in continuo madore corporis servantia, specificoque charactere notata, sibi invicem congrue subordinanda; hinc ex prioribus convenienter  $\text{Q}\text{u}\text{a}$ rina cum Oc.  $\text{S}\text{u}$ . Matr. perl. C. C. phil. præparat. Eborausto, Corall. r. Cryst. mont. ppt. Conch. & Cochlearia hortens. ppt. Testis ovor. ppt. remixa atque vel in pulvere, vel in potionibus cum  $\nabla$ is  $\text{Q}\text{u}\text{a}$ tis Plantag. Scord. e tot. Citr. C. J. Flor. Samb. Scab. Scorzon. &c. parandis, circa noctem præcipue exhibita: E posterioribus autem suadenda in primis sunt TRa bezoard. Michael. & Wed. parum camphorata, Ess. Alexiph. Stahl. MRA simpl. TR. Coral. c. s. Cord. C. Ess. Pimp. alb. c. Ess. Scord. & Flor. Hyper. temperata; item pulveres diapnoici ex  $\pm$  diaph. bez. mine animali, spin. serpent. C. C. phil. ppt. Unicornu foss.  $\text{A}$  sigillatis & Lap. bez. Or. aut Lap. de Goa pauca tantum dosi parati, modoque ita simpliciter, modo etiam cura prædictis aquis in potionis formam redacti, quibus deinceps

ob lenissimam suam tonicam virtutem, pulverem Pannœn.  
Rubr. vel bezoard. Senn. interdum interponere licet, & qui-  
lem ita, ut mane versus diluculum & circa meridiem TRa-  
uædam bezoardica vel Alexipharmacæ Essentia, post me-  
diem autem ad medium usque noctem singulis tribus  
oris pulvis vel potio temperans & diapnoica in conve-  
nienti dosi exhibeatur, atque subinde analeptica, emul-  
iva cum margaritis & lapid. pretios., si virium prostratio  
oncurrat, interponantur.

## §. XXV.

*Tertiæ indicationi* optime satisfieri poterit, si unicuique  
symptomati supervenienti appropriata sua opponantur re-  
media, nempe *vomitibus* frequentioribus, præsertim post  
principium morbi, interne röborantia, temperata tonica  
& theriacalia, externe vero balsamica nervina, *gōsa* in Em-  
lastris maxime applicanda; *singultui* antispasmodica con-  
ueta, cum primis spec. diacret. Mynf. & modo recensita  
omnia vomitum compescentia; *Siti* decocta & infusa di-  
uentia, mucilaginosa, ex avena decorticata cum rad. Ci-  
hor. it. ex amygd. dulc. tostis, it. ex Scab. c. ras. Ebor. ut  
et ipsum infus. Thee vel Coffee, nec non Julapia ex  $\nabla$  Ro-  
ur. R. Portulac. ex succo, Rub. id. & Syrupis acidiusculis,  
cetos. Citr. aurant. Granat. parata; *linguae* siccitati & ap̄b-  
his Mucilaginiæ Sem. Cydon. Psyll. c.  $\nabla$  Fl. Violar. Sed.  
maj. Anserin. extract. & Gargarismata abstergentia levi-  
erque tonica c. Syrup. diamor. dianuc. mixta; *virium* de-  
ilitati, Analæptica, in primis Emulsiones & Potiones c.  
confect. Alk. & de Hyac. præcipue remixtæ; *terminibus* &  
*oloribus* spasmodicis theriacalia, teneriora absorbentia & se-  
uriora anodyna, ex Chamom. vulg. Millefol. Papav. Rh.  
ræcipue parat. c. polychresto liqu. mineral. anodyn. cele-  
ter. Hoffmann. aliaque tam in pulveribus, quam in essentiis,  
exhibenda, nec non Clysteres lenientes ex Verbasç. Linar.  
ed. vervec. & sev. Cerv. parat.; *tenesmo* fatus & infessus ex  
erbis emollientibus in lacte chalybeat. coctis, sacculi &  
ataplasmata ex speciebus discutientibus & lenientibus;  
affimigia ex Gummatibus temperatoribus Thure, Masti-

che, Myrrha, Asphaltum, parata, nec non Unguent. laudatiss. Dolai ex butyro non salito & lapid. scissili alcolisato, quibus calor externus & quies moderata jungenda. His autem præmissis eo denique respiciendum est, ut frequenter immoderata egestiones mitigentur, & quidem per præcipitantia  $\forall$ ea, tonica virtute simul prædita, videlicet  $\forall$ as sigillatas, Catechu, Unicorn. foss. C. C. & Ebur usta, Bol. Armen. Spec. de Hyac. & Cort. Cascar. (cujus Essentia eximiæ itidem virtutis in hoc casu est,) ab initio in minori, successive autem in majori dosi ordinanda ac cum theriacalibus ac anodynis securioribus combinanda, interponendo simul Decocta vulneraria cum bals. Locatelli vel Antimonii ex scoriis, vel Clysteres sub adstringentes & mucilaginosos ex plantag. symphit. agrimon. cum Lacre chalybeato &  $\delta\delta$  momordic. parandos, abstinentia autem ab omnibus adstringentibus validioribus, ad quæ non nisi extremo urgente periculo confugiendum esse censeo.

## §. XXVI.

*Quartam* denique *indicationem*, quam non nisi cessantibus nimis aeterninosis istis excretionibus urgere licet, obtinemus felicissime pulv. Rosar. Damasc. ad  $\gamma\beta.$  c.  $\Delta$  plantag. & Cinam. Cyd. quotidie bis sumto, nec non per consuetas TRas  $\gamma\beta$ les, aniaras, aromaticas atque stomachicas ante vel post pastum maxime ut & per Trageas ita dictas stomachicas c. pane similagineo tosto in vino macerato, exhibendas, it per cibos evpeptos, aromatisatos parumque mucilaginosos, subjuncto tandem moderato usu vini rubri, aut aliis non nimirum calefacentis & acris, quibus si junxeris calidum potum & calidum fustum, quieti porro somnoque indulseris, qui Aëtio optimum dysentericorum solamen audit, non est, quod, secundange gratia Divina, malo nondum usque adeo confirmato, nec viribus ad incitas redactis, de exoptata sordidi hujus malificatione desperes. Pro *Præservatione* demum fugienda sunt nimia corporis extuaciones, refrigerationes, nimiaque ciborum & potuum facile fermentescientium corruptibiliumque ingurgitationes; abstinentum, quantum licet, a consortioni dysentericorum iisque adstantium, nec non, ab animi pathematibus quibusvis immoderatoribus; suadenda e contra laxationes tempestivæ, pro ratione necessitatis aliquoties repetendæ, conservanda insensibilis transpiratio & quies animi ac corporis moderata, quippe quæ alias ad omnis generis morbos præcavendos & abigendos optima est administra.

T A N T V M.

S. D. G.